Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

qui audierint uiuent. Sicut enim pater uitam habet in
semetipso. sic dedit & filio uitam habere in semetipso.
Et potestatem dedit ei iudicium facere. quia filius hominis est.
Nolite mirari hoc. quia uenit hora. in qua omnis qui in mo
numentis sunt audient uocem eius & procedent. qui bona fece
runt in resurrectionem uite. qui uero mala egerunt in resurrecti
one iudicij. Feria vi post regum Jonem iudicij.
Filii mulieris maris familias. & erat langor fortissimus. ita
ut non remaneret in eo halitus. Dixit igitur ad helyam. Quid mihi et tibi
uir dei. Ingressus est ad me ut rememoraretur iniquitates meas
& interficeres filium meum. Et ait ad eam helyas. Da mihi filium
tuum. Tulit que illum de sinu illius. & portauit in cenaculum ubi
ipse manebat. & posuit super lectum suum. & clamauit ad do
minum & dixit. Domine deus meus etiam uidua apud quam ego in hos
pitio sum. affliges. ut interfices filium eius. Et expandit se ter
mens super puerum uicibus. clamauit que ad dominum dicens.
Domine deus meus reuertatur oro anima pueri huius in uisceribus eius. Exau
diuit dominus uocem helyae. & reuersa est anima pueri. uixit eum & reuiu
xit. Tulit que helyas puerum. & deposuit eum de cenaculo in
inferiorem domum. & tradidit matri suae. & ait illi. En uiuit
filius tuus. Dixit que mulier ad helyam. Nunc in isto cog
noui quia uir dei es tu. & uerbum domini in ore tuo uerum est.
In illo tempore. Erat quidam Secundum Johannem
languens lazarus a bethania de castello marie et marthe
sororis eius. Maria autem erat que unxit dominum unguento.
& extersit pedes eius capillis suis cuius frater lazarus infirmabatur.
Miserunt igitur sorores eius ad eum dicentes. Domine ecce quem
amas infirmatur. Audiens autem ihs dixit eis. Infirmi